



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Cur non missi in Angliam. n. 33.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

fidei limpidiſſima dogmata, per integræ vitæ canales decurrentia, & hauriuntur incundius, & in mentes hominum potentius influunt.

XXXIII. Quod verò vtr. iſu, quoſ collegerant diuites theſauros in cariſſimos Ciuſ ſuos erogare datum non sit, id inacceſſis Dei conſiliis tribuendum, qui ut olim totius orbis lucem optatiſſimam, miſſo de ſummo cœlo filio ſuo vnigenito Christo Iesu Domino noſtro, in fidelitatis & nequitiae tenebras non prius intulit, quam illæ eſſent deniſiſſimæ; ita noſtriſ in Angliam rediſum aperiri noluit, donec poſt viginti annos quoſ Elizabetha regnauerat, remedij iam nulla forma affulgeret: Nam neque Principum exteñorū ſeu preceſ ſeu cohortationes, neq; ipſe cum Catholico nuptiarum, neq; Pij Pontificis minæ, quidquam apud impatiētem iugi feminam valuerē. Iam illa non legibus ſolum, ſed ferro & ſanguine impium Schiſma tuebatur: Nihil tutum Catholicis, nè profundiſſimæ noctis horæ: Inuolabatur in ædes nocte concubia, effringebantur conclauia, parietes lacerabantur, eſſodiebantur ruinae: tum ſi locum aliquem precibus aptum, ſi quam ſuſpelleat ile ſacratiōrem, ſi in ſacerdotem latenteſ fortuito incident, id violata, ſcilicet, Majestati ſignum lucidiſſimum, id potestati contemptæ fædiſſimum crimen erat, non omni ignominia, non iplā morte cluendum. Itaq; ſicut qui æger decumbit partuſ obuij q; primū remediis arcere conatus corporis morbum, at ingrauecente malo plutes peritiorēlq; accerſit medicos, & graſſante incendio non domeſtiča ſolum, ſed procul ē vicinia aduocantur adiutrices manus, ita corroboranti le haſeſi robustiora tela obicienda diſpoſuit diuina ſapientia, & quæ alio auerſa erant arma huic voluit reuocari

XXXIV. Quam verò caritatē annis viginti quinq; ab obitu Sancti Patris in ſingulos effuderat Societas, eam vnuerlae Inſulæ feruiale dicenda eſt: Nam niſi illis temporibus, quibus nondum patebat in Angliam ianua, ſinum ſuum admittendiſ compluriſbus aperiuifſet, vbi Campianos vbi Personios & Garnettoſ, & VV apolloſ, ceteroſque laurea Martyrij decoros Athletas haberemus, cùm iam Oceanus diuina milericordiæ ponte ſterneretur? Potens eſt Deus ex lapidibus vbi que obuiiſ, ſuſcitare filios Abrahæ; atque momento temporis plus quam duodeciim legiones Angelorum mittere ad Corpus ſuum, hoc eſt, Eccleſiam protegendam, atque e quorumcunque armatorum manib; eruendam; ſed multorum vult precibus, quam molitur cauſam, primū agi, multorum voluntates experiri, quæ effeſtum licet non confequantur, quem enixiſſime optant, nō carent præmio. Moyleſ & Aaron per annos quadraginta in deferto cùm populo Iſraēlico duciōres doctoreſque fuiffenr à Deo coniituti, in opertam nihilominus promiſſionis terram laete fluentem & melle non peruenierunt ipſi, neque quod in votis erat maximè, licuit plebem quam haec tenus quaſi in vlnis portauerant, in illa paſcuæ loca & aquas refectionis deducere quæ fideliſbus famulis ſuis parauerat Deus: Iofuë Ministro Moysiſ is da- tus eſt honos. Ex octo fratribus Bethleemitiſ minor Dauid eligitur, qui in ſuperbo Gigante totum Philiſtiorum fundat exercitum, maioribus

Cur non  
miſſi in An-  
glam.

Caritas So-  
cietatis in  
Angliam.

Matthæi 3.  
9. 26. 53.

Deut. 34.  
Iofue 1.

x. Reg. 17.